



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Mogvntinvm In Causa Brvnonis Argentinensis episcopi  
celebratum anno Domini MCXXXI. tempore Innocentii papae II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

*siquidem importune idem rex institit, tempus habere se reputans opportunum, episcoporum sibi restitui inuestituras, quas ab eius predecessore imperatore Henrico per maximos quidem labores & multa pericula Romana ecclesia vendicarat. Ad quod verbum expauere & expalluere Romani, grauius sese apud Leodium arbitrati periculum offendisse, quam declinauerint Roma. Nec consilium suppetebat, donec murum se opposuit abbas sanctus, Bernardus scilicet: audacter enim resistens regi verbum malignum mira libertate redarguit, mira auctoritate comescuit. Hæc ipse.*

ANNO  
CHRISTI  
1131.

Petrus diaconus, chronico Cassinensi lib. 4. cap. 99.

Hic vides redargui mendacissimum Petrum diaconum Cassinensem, dum in gratiam eiusdem Lotharii, cui postea inhæsit, aduersus tam apertissimam veritatem de inuestituris affirmat eas ab Innocentio papa in eo Conuentu Leodiensi Lothario fuisse concessas, sic dicens: *Innocentius igitur Germaniam ingressus a Lothario rege iuxta Leodium excipitur, virgam ei & annulum antiquo ex more confirmans, & terram comitisse Mathildæ condonans.* Hæc ipse Petrus, qui aduersus catholicum papam Innocentium vna cum suis pro schismaticorum parte stetit ac laborauit. Sed in eo etiam mendax esse conuincitur, dum iuxta Leodium donationem terræ Mathildæ factam ab Innocentio aserit. Nam diploma pontificis de ea re conscriptum Romæ datum legitur. Suggestum tantum non exactum de inuestitura a Lothario quod petierat Otto Frisingensis affirmat.

Otto Frisingensis, lib. 7. cap. 18.

**CONCILIVM MOGVNTINVM  
IN CAUSA BRVNONIS ARGENTINENSIS  
episcopi celebratum anno Domini MCXXXI. tempore Innocentii papæ II.**

NOTA.

\* *Concilium.* ] Moguntia habitum, inquit Dodechinus, anno 1131. præsentente Lothario rege, præsidente Matthæo Albanensi cum Moguntinensi archiepiscopo; vbi Bruno Argentinensis episcopus, præsentibus Augustensi, Eistetenste, Bambergense, Vvirzeburgense, Spirense, Vvormantienste, episcopis, a clero & populo super violentia, intrusione, & consecratione impetitus, in manus archiepiscopi & cardinalis Argentinensem resignauit episcopatum.

Bruno episcopus Argentinensis resignare cogitur.